



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Arcadius M. 12. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

34 VITÆ SANCTORUM. 12. Ian
bilis matronæ filio, dum inter pueriles
ludos, lapsus in fontem cadit, absens
THEODOSIUS, adfuit tamen specta-
bilis, &c, ne aquis mergeretur innocen-
tia, cavit. Vestis ejus cilicina militum
Duci vicem loricae fuit, & victoriam
peperit. Sed & tibi contra hostem intesti-
num victoriam spondeo, si simili utaris
loricâ. Ex Surio.

Magnum hujus vitæ solarium est, m
habeas, cui pectus tuum aperias, cum qu
arcana participes, cui committas secreta
cordis tui; ut ames & sequare ipsum, qui
tibi paternâ pietate in tristibus compati-
tur, in persecutionibus adhortetur, & in
prosperis gratuletur, S. Bern. tract. de
Ord. Vit.

S. ARCADIUS M. 12. Januarij.

More Solis virtus hoc pulchrius ni-
tet, quò diutius latet. Testem ARCA-
DIUM adduco. Hic savientibus ubique
terrarum in Christianos tyrannis, sive
homo timore aliquo, sive CHRISTI
mandato inductus, post habitis fidei
fortunis omnibus, fugâ se subduxit, &
aliquandiu latebras habitavit. Sed ni-
mirum ut vinceret fugit ex latibulis
suis velut insidiis hostem expectavat. Et-
enim cum irruptione in domum factâ,
& non reperto ARCADIO, ad tribunal
de amicis ejus quispiam raperetur,

COR-

Ian.
iles
fens
ta
cen
cum
iam
est
ari

m
qui
eta
qui
tia
in
de

ni
ca
pe
ve
r
dei
&
ni
is
te
,
al

Jan.
iles
fens
ta
cen
cum
iam
est
ari

m
qui
eta
qui
tia
in
de

ni
ca
pe
ve
r
dei
&
ni
is
te
,
al

12. Ian. VITÆ SANCTORUM. 39
continuò adfuit; circumventum inexspe-
ctatò tyrannum graviterque increpítum
jussit omnes poenas in se experiri: aciem
tormentorum instrueret tyrannus, in-
génio etiam certaret in auxilium alios
etiam tyranos evocaret, omnes in sub-
fidiis carnifices constitueret: se se uniu-
cum contra omnia tormenta etiam nu-
dum staturum, solâ patientiâ pugna-
turum, ostensurumque ea diricatione,
quantum inermis Christianus omni-
bus minis, & tormentis armato tyran-
no præstaret. Desperavit jam tum ju-
dex de victoriâ, & sententiam tulit,
quâ manibus ac pedibus mutulari A R-
C A D I U S jubebatur. Hic fixis cælo
oculis inter divinas laudes, supplicii
locum magnanimus petiit, membra ad
lanienam ipse nudavit, ipse singula
truncanda exhibuit; itaque sanguinis
sui purpurâ splendidus, sine pedibus ad
martyrum tamen partes transivit, sine
manibus palmam tamen cepit. S. Zeno
Ep. Veron.

Ejus in mundo diu velle manere, quem
mundus oblectat; quem seculum blandiens
aque decipiens illecebris terrenæ volupia-
tis invitat. Porro cism mundus oderit
Christianum, quid amas cum, qui te o-
dit? & non magis sequeris Christum, qui
te redemit & diligit? S. Cypr. de mor-
talit.

C. 2

S. GO.